

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiariorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

439. Quæ pœnæ statutæ in committentes contra Extrav injunctæ. de
elect.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

num jus habeat, ideo non debet rigidè exigiri, ut provisio seu promotio Episcopi in Curia proberetur per literas, sicut ob necessitatem tenor gratiae apostolicæ probari potest per testes, si literæ sint perdita, ut Felin. in rub. de consit. n. 6.

Quæstio 439. Que poenæ sunt statute in committentes contra hanc Extravag.

1. R Espondeo primò, statui, ut quidquid tales circa hanc administrationem egerint, irriterent. Secundò, ut interim nihil ex Ecclesiæ vel Monasteriorum preventibus percipere possint. Ita dicta Extravag. §. quod si forsan. Tertiò, ut Capitula Ecclesiæ Cathedræ, vel aliarum secularium, & Conventus Ecclesiæ Regulare, & alii quicunque ipsos absque hujusmodi literis Sedis Apostolicæ recipiunt, vel eis obediunt, tamdiu sint à beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec à Sede Apostolica gratiam relaxationis obtineant. Ita illa Extrav. §. Capitula verò. Porro haec pœnæ, nempe ut proventus interim non faciant suos, & quidquid ab iis gestum, non subsistat, extenduntur ad Episcopos aliosque Prælatos administrantes non præstito solito fidelitatis juramento. ibid. §. similiter. Item ad Episcopos, qui apud eandem Sedem pallium accipere debent, & ab ea discedunt non obtentis literis traditionis rali, vel non præstito solito fidelitatis juramento. Eadem Extrav. §. fin. Pirk. n. 293.

2. Limitatur responsio seu Extrav. dicta quod ad has poenas primò: ut ab aliis poenis incurrendis excusat causa qualibet, etiam injusta & fatua, modo dolum excludat; èd quod ad has poenas incurendas requiratur præsumptio & dolus; quod indicatur illis Extrav. verbis: administrationem admittere non presumant. Pass. n. 21. citans Barbos. ad c. avaritia. n. 4. & l. iuris Ecclesiast. c. 19. n. 247. ubi tamen is non agit de poenis statutis per hanc Extrav. administrantibus post confirmationem quidem, sed sine literis; sed de poenis statutis in c. qualiter, & c. avaritia. administrantibus ante confirmationem. Verumtamen in utrisque par videtur ratio; cum tam in his quā illis incurrendis Papa requirat temeritatem & præsumptionem.

3. Limitatur secundò: ut poena illa latet tam contra ipsos Prælatos miscentes se administrationi, quā Capitula eos recipientes sine literis, non videantur obligare in conscientia ante sententiam declaratoriam, ut doceri ait Pass. loc. cit. à Nav. in c. accepta. de refit. spoliat. opposit. 8. n. 35. Jo. Valer. de differ. utriusque fori v. obedientia. diff. 4. Barbos. ad cit. Extrav. injunctio. n. 3. Sic etiam Pirk. cit. n. 294. ait, hujs Extrav. poenæ non incurri ab eo in foro conscientiæ, qui, collatione sibi facta, ante receptas literas bonâ fide administravit quādam negotia Ecclesiæ, pro quo citat Nav. ubi ante.

4. Illud quoq; notandum circa poenam suspensionis latam contra Capitula recipientia tales; quod ea juxta Suar. intelligatur de solis beneficiis, quæ capituloiter possident; à Passerino verò, citante pro hoc Bonacini. de cens. d. 3. q. II. p. 10. de beneficiis singulorum, ita ut suspendantur singuli à propriis beneficiis, cum suspendantur, quiunque Prælatos sine literis Apostol. licis venientes recipiunt.

* *

P. Leuren, Fori Benef. Tom. II.

Questio 440. An, & quid quo ad hoc punctum non administrandi ante literas constitutum sit circa Regulares?

1. R Espondeo: dum Regulares aliqui ad elendum Regulam Cancellar. in quā Papa si bi reservat omnia virorum monasteria valorem annum 200. florenorum aureorum excedentia, quomodo cuncte vacantia; & quod ad ea, quibus ex speciali gratia permittebat electionem, sibi in specie confirmationem reservavit: curabant se indiferenter eligi, & electionem per Regulares Superiores suos, aut per Ordinarios locorum confirmari, hisque confirmationibus freti intrudebant se in monasteriis aliisque dignitatibus regularibus; ad occurendum hinc fraudibus, statuit Pius IV. anno 1564. constit. sua in Bullaria 86, præter irritationem istarum electionum & confirmationum, & privationem fructuum, ut regimini & administrationi monasterii aliisque dignitatis conventionalis, ad quod vel ad quam electi in spiritualibus, antequam rite celebrata electione à Sede Apostolica confirmata, & literæ desuper expeditæ, per se vel per alium, in totum vel in parte, quovis colore immiscere, aut ad illud vel illam se recipi facere, vel alias se pro ejus Prælato gerere præsumentes jure, si quod illis ad monasteria vel eorum regimina, ac alias conventionales dignitates per electionem quæsum, eo ipso sint privati, & deinceps ineligibles, ipsaque monasteria ac dignitates ab Eadem Sede impetrari possint; qui vero similes electiones confirmare præsumperint, eo ipso eriam, si sint Superiores Ordinum, suis dignitatibus sint privati; si autem sint Ordinarii locorum, eriam Archiepiscopali, & majore præcellant dignitate, ingressu Ecclesiæ interdicti, & ab Ecclesiæ suarum regimine sint suspensi. Ita ferè sonant verba dictæ constitut. ut videre est apud Lott. l. 3. q. 17. n. 317.

2. Circa hanc constitutionem advertenda sequentia: primò, eam non esse restrictam ad casum coloris quæstuti, de quo c. avaritia. nec ad casum regiminis aut administrationis cum effectu suscepta, hoc est, actuali perceptione fructuum, sive temporalium sive spiritualium; sed extendit etiam ad casum simplicis occupationis de facto, non tantum ante confirmationem obtentam; sed etiam post eam obtentam à Sede Apostolica, sed nondum expeditis literis; ad quod postremum se non extendet c. avaritia. Item non tantum ad eos, qui se ingesserint; sed etiam ad eos, qui vel id præsumperint, aut alias se gesserint pro Prælatis (hoc est, ut Lott. se nominari tales, cum gerere se pro aliis quo non tam sit facti quā animi, ut ideo in simplici asseveratione verisicutur) Lott. loc. cit. n. 318, 319. Secundò: quod poena illa inhabilitatis, quæ in cit. c. avaritia, non expresse, sed ad summum interpretative ex quadam necessaria consequentia inducitur, inducatur per hanc constitutionem expressè, adeoque magis censentur afficer. Lott. n. 320. & 321. Tertiò: mitius nihilominus in hac expressione agi cum regulari, quā cum ceteris agat ille text. avaritia; cùm hæc inhabilitas in hac constitut. Pii IV. restringatur ad locum, cùm dicatur: ac deinceps ibi ineligibles esse: in cap. autem avaritia, reddantur ineligibles inde terminatè. Lott. n. 322.

§ 323.

P. 2

Ques-